

cefse est. Cæterum uide Narſes hominum iniuriã. Maiores ueſtri o pa-
 tauini ex Aſia pelago huc delati: euganeam gentem: quæ omnem hanc re-
 gionem ad alpes uſq; obtinebat: Duce Anthenore bello petiere: per uim
 eiectos expulere. Si exurgat nunc Euganeus quiſpiam & proprias ſedes
 repetat: Quid acturi eſtis? Quod ſi æquum cenſetis: Veteres colonos per
 uim atq; arma deturbare: Quis tandem nunc uobis de conſanguineis que
 rendi relictus locus? Quin etiã queruntur: q; in urbes atq; adeo in domos
 noſtras pro libidine ingredi armatis non liceat. Quid enim aliud dicunt
 quum lamentantur horum ſtagnorum hoſtia cuſtodibus muniri: Cæterũ
 libẽter ex uobis quaſieri: cur urbe aperta uti nũc nõ perſeueratis? Cur ual-
 lo his exactis annis circũdediſtis? Nonne in portis ueſtris cuſtodie uerſan-
 tur? Si Veneti armati in uos ueniant: Quid agant illæ? Ius eſt: ut quod qf
 q; in ſe nolit: id in alio ne petat. Portæ noſtræ ora fluminum ſunt: Q uas
 ſi pacati petitis: haud aliter ſemper excipiemini: q̃ conſanguineos par eſt.
 Sin armati: quod ſæpe feciſtis facitiſq;: Ius gentium tuebimur. Inuaſores
 nõ aliter: q̃ apertos hoſtes repellemus. Cæterum maius quiddam Narſes
 uideto. Q ueſti ne eſtis unq̃ de hac iuriã apud ullos: ſi nunq̃: uidete quo
 pacto uos explicetis: qui dixiſtis ſæpe queſtos. Si queſti: aut apd' gotthos
 & Herulos: aut apud iperatore. Si apud illos ſpretus igitur imperator: &
 ante latus gotthus: quod ſi eſt: cur nunc appellatis romanum imperium:
 Si apud imperatorem: quod ſæpe feciſtis: exauditi ne eſtis: an uero repul-
 ſi: exauditos non dicetis. Centum & plures etiam epiſtolas habemus Ze-
 nonis: Leonis: Iuſtini: Iuſtiniã: teſtes fidei & obſeruantia noſtræ erga im-
 peratoriam maieltatem. Itemq; eorum erga nos clementia & munificen-
 tia. Reſtat ut repulſi: Et adhuc libet contendere: Nunquam ne deſinẽt im-
 portuna huiusmodi: atq; totiẽs exploſæ querimonia: Obrunderẽ ne etiã
 ueniſtis aures principis huius plenas tãtarum rerum curis? Quin potius
 accingimur uterq; populus conferre: quicquid in nobis eſt auxilii: ad hoc
 maximum eius opus: Illiberale eſt: ſi me auditis: & nimium de re propria
 cogitantis: turbare tantis rerum fluctibus publicas principis curas. Extu-
 lerunt præterea Narſes merita maiorum. Rurſus honores delatos ab im-
 perio. Tantum abeſt: ut merita inficiet ueſtra: ut in his etiam maxime Ve-
 neti gloriemur. An noſtrum plurimi ex illis etiam parauinis patribus ori-
 undi nõ ſumus: Cæterum quod ad præſentem rem attinet (ni fallor) præ-
 ſtitiffet commemorare aliquid a uobis propria factum: quam ſuperio-
 rum illorum: quorum memoria omnis pene extincta eſt: ſolis meritis in-
 niti: Scio dicetis deſuiſſe uires. Et ſi quid in hoc bello pro Gotthis feciſtis:
 inuitos feciſſe credo equidem: Sed ita dictum uelim: ne merita ueſtra ex
 tollendo: uideamini ulla in re Venetis præſtitiffie. Tu uero Narſes: ſiquid
 f i